

Vir Excellentissime Doctissime!

Ultra meritum, imo penitus absque merito exornata est exiguitas mea per designationem Generis fungilli et nomine meo. Quis ego?! Simplex parochus ruralis et pro posse dilectans in scientiis amabilibus. — Si tamen jam ita factum est ex Vestra, amborum aestimatisimorum mihi Virorum, sola Gratia: percipite sensum gratissimi animi mei. Alio modo utique non possum contestari gratum animum.

Volumen XVI. Sylloges Tuae epochalis utique desidero et praenunero. — Doleo, quod hucusque nisi novem tomos habeam; I. II. et V. antiquarice quaero. Intimavit mihi quidem nuper bibliopola Friedlaender, quod hosce tres

tomos, novitus editos, cca 90 florenis habere possem;
ast procuracionem differre debui, nam pro societate
nostra Muscali, cuius praeses sum, paulo ante
emi phonographum; item signavi mille coronas
(= Franc) in aedificationem novi aedificii pro museo:
atque hoc, velut debitum, praecedere debet; alia mox
sequenter, Deo opitulante.

Modo coordino iuxta Tuam Syllogen, quocid
possum, meam Collectionem Fungorum Imper,
lectorum; antea erant octo fasciculi, nunc
sunt tredecim magni fasciculi. Inter novam
materiale novae quoque species vel formae for
invenientur. Utprimum circumstantiae indulse
rint, aliquibus probis Tibi molestus evadam.

Glerotia et Crinea ad finem posui, quorum ultima
tamen nec sunt fungi.

Utterioribus Tuis pretiosissimis affectibus
enile devotus, sincerissimo cum aestimū
cultu emorior

Prencov 5. Feb. 1902.

Tuus,

Vir Excellentissime,

servus humillimus

Andreas Kmet
parochus. H